

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Carmina in laudem B. Mariae Virginis multorumque sanctorum


Brant, Sebastian

[Basel], [nicht vor 1494]

Querimonia virgibis in pas

[urn:nbn:de:bsz:31-290354](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-290354)

Cuius/aqua/arbitrio vinū fit:lepra fugatur.
 Surgit & ad cuius verba sepultus humi.
 Deniq; qui verbo virtutis cuncta creauit:
 Hic potuit ventri se dare virgineo.



Querimonia virginis in pas-
 sionem christi. S. Brant.

Mate patris summi: mi dilectissime nate:
 Cura/salus matris/vnice nate tuę?
 Quis tam crudeles de te sibi sumere poenas?
 In te quis voluit tam ferus esse mihi?
 Cui licuit de te tantum patrare reatum?
 Vulnere quis fecit tam truculenta meo?

Squallentē barbam / & concretos sanguine crines /
Et lacērum video corpus ubiq; tuum.
O lux sola tuę: spes o fidissima matris:
Quę nam te talem dilaniare manus!
Heu quā perturbat tua me tua tristis imago:
Et penetrat sæuus pectora nostra dolor.
Passa fui (memini) gladios iam nuper amaros.
Vni cum Symeon te tulit ille senex.
Et cum te amissum triduo synagoga tenebat.
Te captum mihi cum nuncia fama refert.
Ac cum te clavis tensum cruce vidimus. at nunc
Exanimū corpus / heu mihi / cerno tuum.
Talem ego te fili aspicio? qui sola senectę
Matris eras requies: perfugiumq; tuę
Parcere si nolles tibi: quo minus ista viderem:
At poteras matri parcere nate tuę.
Non lachrymas modo / ne clargos effundere fletus
Sat matri est: tecum per placet vsq; mori.
Aspiciate o matres: si vos dolor vrserat vnquā
Huic nostro assimilis. vel memorate parem.
Non vocer vltērius Noemi / quasi lęta: sed ex hoc
Tempore Mara vocar: sum quia amara nimis.
Me deus impleuit penitus / torlitq; dolore:
Compatior nato soli / ego sola / meo.
Et dolet hoc vnum: q; nostri iniuria nati /
Morsq; / parum miseros improbulosq; mouet.
Compatere o saltem nostro gens chara dolori:
Ne pereat nati morsq; / laborq; mei.